



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

C. 20.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

Gal. 5.

*bonis operibus fides inanis ac mortua est; nec filios Abraham sola fides facit, sed fides per charitatem operans.* Ita totam hanc Zachæi conuersi commendationem ac laudem, totamque hanc historiam Euangelicam impius Caluinus penitus inuertit atque peruertit. Fingit postea ex auditâ redemptione Ecclesie mundi reconciliationem per Christum, ciusque doctrinâ fidei salutem Zachæi originem accepisse. Sed hæc fictio in litera Euangelica nullum fundamentum habet, ideoque ut communitum humanum & Caluinianum penitus reiicienda est. Zachæi laus ex interna Christi gratia qua se apud eum inuitauit, n̄ hic Euangelium narrat, originem accepit. Alia salutis eius origo extra verbum Dei singenda non est.

## IN LVCAE CAP. XX.

46. *Qui volunt ambulare in stolis.*

Caluini  
maledicen-  
tia retun-  
ditur.

**C**RIBARVM fastum & ambitionem ad vniuersum Catholicæ Ecclesiæ clerum maledicus. Caluinus contorquet, sacrum Dei verbum transferens in maledicentia sua libidinem, sicut aliis suis dogmatibus Dei gratiam in luxuriam transfert. Ratione (inquit) non caruit, Doctores ita vestiri, ut in eorum habitu plus gravitatis & modestiae quam in vulgari extaret. Scribae vero id properam ad luxum & pompam conuerterant. Quod exemplum a se traxerunt sacrifici Papales, in quibus consuestolas nihil aliud esse quam superba tyrannidis insignia. Hæc ille, non ut Scripturarum interpres, sed ut cœnitiator maledicus: nec certas personas perstringens, sed in vniuersum Ecclesiæ clerum vileniam suam effundens. Tali spiritu ducuntur, qui Euangelicæ veritatis tot seculis deperditæ restauratores, & nouitius orbis Apostoli haberunt volunt. Hæc sane Caluini voraperba tyrannidis insigne est. Quo perspicue demostriat, quod nunc calamo ausus est, id gladio se tentaturum, si facultas daretur, ut tanquam alter Nero unum toti clero caput extorris, illud unico iectu resecare posset. Nec enim sic vnuquam Nero Romani populi sanguinem, sicut iste hereticus totius Catholici cleri infamiam & interitum sicutiuit. Adeò quædam vel capra vel quæsita occasione in vniuersum cleri Christiani corpus, absque ullo discrimine, rabido ore fertur. Sed Dei beneficio solo latratus nocuit, mortu perire non potuit. Quam tyrannidem Caluinus ipse Genevæ exercuerit, nostri in Anglia Caluino Papista scriptis libris ediderunt.

IN